



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Masii non unus lapsus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

futuram prædici volunt, in qua tamen nullæ aut æris aut ferri fodinæ fuerunt. Non mihi latet, quid pro horum sententia vir insignis Andræas Mafius notarit: *Sed demus, inquit, de ferro & ære locutum Mosen esse. Sane id quoque sic cecidit. Nam, ut de Carmelo, Libano, Antilibano, aliis montibus nihil dicam, ad quos Ascheritarum hæreditas pertinebat, quosque credibile est metalli venis abundavisse, certe Sarepta nomen à Metallii officinis habet. Scilicet Carmelum, Libanum & Antilibanum metalli venis abundavisse putat Mafius, qui montes pertinuerunt ad Ascheritarum hæreditatem, itemque Sareptam à conflando nomen habere, ut optime dictum sit Ascheris portionem æris & ferri fodinis futuram fœcundissimam. Sed in omnibus erravit vir præstantissimus. De Carmelo monte est illud quidem verissimum quod in eo fuerint æris fodinæ: Nam de Carmelo Hesychius: Κέρμηλον ἄφ' ἧ καλκὸς γίνεται Carmelus (h. e. Carmelus) unde æs gignitur. Sed is non fuit in Ascheritarum portione. Asche-*

Mafius in  
Ios. 29.31.